

Xm. 87.



40
ERNESTVS PLATNERVS
VNIVERSITATIS LITTERARVM
LIPSIENSIS

H. T.

PROCANCELLARIVS

INAUGVRATIONEM

DVORVM DOCTORVM

MEDICINAE

PVBLICA AVCTORITATE

INDICIT

QVAESTIONES MEDICINAE FORENSIS
IX. DE EXCANDESCENTIA FVRIEVNDA QVSRVATIO.

ERNESTVS PLATTNERVS

VNIERSITATIS LITERRARVM

LIBRARIVS

PROGRANMCELLARIVS

INTEGRATIONEM

DVORVM DOCTORVM

MEDICINAE

PHYSICAE AC THEORAE

PHYSICAE

UNIVERSITÄTIS MEDICINAE LIBRARIVS

IN DER UNIVERSITÄT ERNSTBRUNNEN



Cum in omnibus rebus, quarum aliqua scientia est ac disciplina, multum difficultatis habet discretio atque definitio generum illorum mediocum, quae, notis ambiguis et quasi alternis, duo utrinque attingunt genera contraria: tum de perturbationibus, (passiones recentioribus appellantur), quando quidem vehementiores sunt et auersae a ratione, utrum ad naturales animi affectiones, an ad morbos et insanias referendae sint, serio nonnunquam potest dubitari. Credo ego, hanc causam fuisse erroris Stoicorum, qui, plane sublata illarum ac verborum differentia, motus animi concitiores indiscriminatim omnes *νοσηματα* et *αγγελματα* esse voluerunt. Atque in primis iracundiae et amentiae furibundae propinqua cognatio est; quae, vna et medicos, et iudices, horum consultores, mirum in modum haud raro sollicitat, praesertim cum de crimine et culpa ex statu mentis debet aestimari. Quod non eo dictum velim, ut eorum fauceam leuitati, qui, ne atrocissima crimina spe careant absolutionis et impunitatis, excusationem amentiae ita dilatare ac diducere consueuerunt, ut, si quis exaestuante inimicitia et odio, hominem pugione inuasit et crudelissimis vulneribus examinaverit, eum a maleficio ac scelere abesse et subita mentis alienatione



IV

natione, non viciscendi ac nocendi cupiditate, deliquisse audacter affirmant. In qua defendendi ratione multum ponderis habere opinantur spinosas dubitationes de libertate voluntatis humanae, quibus plerumque nos implicant. Sed perturbationes, quantumvis impediunt vsum rationis et libertatis: tamen recte a Stoicis culpam afferre censentur hoc modo, vt, qui hinc ad furorem praecipitur, casum providere et cauere potuisset; ipsa nimirum adhibita vi rationis ac libertatis. Et quemadmodum ostendi in disputatiuncula ea, quam ad defensores scripsi de inanibus amentiae probandae argumentis, omnis deprecatio, quae ducitur a necessitate actionum voluntariarum, inepta est legumque et poenarum ciuiliu rationibus incongrua.

Verumtamen est genus quoddam iracundiae morbosae, (scilicet ira nomen est ipsius affectus, iracundia autem ad illam procliuuitatis), quod quin sit insaniae, finitimum non potest dubitari. Excandescentiam furibundam soleo appellare: quae qualis a me intelligatur, iam diductius explicabo. Igitur duplex genus iracundiae est: verae alterum, alterum spuriae. Illa sedem habet in facultate appetendi; quae in bonorum propositorum contentione malorumque propulsione istum sibi breuem irae furorem adiungit velut ministrum ac satellitem quendam, quem, si quid cupiditatibus naturalibus contrarium accidit, in eos, quorum vitium et culpa esse videtur, incitet atque immitat. Cur veram hanc iracundiam dicamus, non potest obscurum esse: nempe hoc in ea veritatis est, quod facta et euenta, quibus commouetur, causam irascendi habent luculentam, etiamsi non semper probabilem ac legitimam. Etenim aegritudo, in hoc genere, nunquam non talis est, quae ad cupiditatem aliquam, propius remotiusue, spectare deprehendatur. Vt, qui pecuniae amore

tenen-

verentur, succensent casibus damnum afferentibus et iacturam: laudis ac honoris studiosi, sui contentum ubique merentes, iniuriarum et offensionum impatientia excandescunt. Alii, qui pectus habent sensu civili ac spiritu publico imbutum eorum vel ignaviae ac tarditati, vel proteruitati et pernicitiae indignantur, qui maximis et saluberrimis consiliis obstacula et impedimenta opponunt. Etenim in hoc non probo Stoicos quod iram non aduocari debere a fortitudine contendunt. Atque si metunt, ne id ipsum irasci haud satis conueniat sapienti: haec de verbis, non de rebus disputatio est. Nec decet studia salutis publicae nuda esse et inermia, sed instructa et, quum necessarium est, etiam armata ad renitendum et pugnandum.

Illud autem spurium genus iracundiae, causis irascendi, et ipsum luditur, et fallit alios. Licet enim iisdem rebus, quae valent ad iracundiam veram, illa, etiam citius plerumque ac vehementius, impellatur: tamen aegritudinis momenta in his non insunt ut in causa efficiente, sed tantummodo ut in fortuita occasione. Namque stimulos haec perturbatio nimirum intestinos habet, eosque perpetuo vigentes et in humorum ac neruorum recessibus oclusos: quorum tam facilis est ad exardescendum fomes, ut, si vel tantillum ignis admoueatur, subito in flammam erumpat. Est vero excandescitiae huius haec deliratio simul et iniquitas, ut quasi defricare gestiens illa irritamenta interna, quibus perpetuo vellicatur, succensendi causas extraneas anquirat, suamque bilem in insontem quemcunque effundat. Hinc est, quod illi intemperantissimi atque impotentissimi homines, qui hoc vitio laborant, omnia stomachantur; in iurgiis et rixis nimirum lleuationem occultae molestiae et quaerentes, et reperientes. Non dubito quin hanc iracundiam spuriam intellexerit Cicero, iracundos

cundos inprimis morbosos nominari ex Stoicorum disciplina repetens.

Sed quanquam cum hac ira nihil homo non temere et inconsulte facit: tamen ne amentiae excusationem, (qua in offensis priuatis, vel apud me, iracundi omnes large fruuntur), illinc ad causas iudiciales deduci posse credam, impedit me illud *κυριον δοξον* medicinae forensis: perturbationes animi liberae esse ideoque culpam asserre, si quidem in iis naturae modum vis corporis non excedat. Atqui hunc nihil excedit, nisi status morbosus; ad quem quoniam temperamenta per sese nullo modo pertinent, inanis et irrita censenda est opera defensorum hic laborantium in rei temperamento. Nam isto modo licet dicere, omnia scelera et flagitia crimine carere, et nihil magis iniustum esse, quam non quibusque facinorosis ac nefariis hominibus poenas et supplicia remittere.

At vero illorum stimulorum ad iram impellentium et acrimonia nonnunquam, et perpetuitas morbosa esse deprehenditur; quod hanc vim habet, ut homo insaniae sit proximus. Cuius vicinitatem cum hoc modo aliquis attingit, ut aequaliter a mania, et ab iracundia distet: medium illud et ambiguum genus efficitur excandescendae furibundae, quae iracundiam exsuperat aegrotatione, maniae autem inferior est, propter furoris temporarii breuitatem et intermissionem. Etenim, in hoc genere, non insania habet interualla sanitatis, sed sanitas accessionibus insaniae interrumpitur. Atque ex his quidem de statu mentis oportet aestimari: nam tentamina per interrogationes et responsiones non possunt non fallere; praesertim cum animus sedatus est omnique vacuus commotione. Enimvero non solum ad criminum cognitionem, sed inprimis etiam propter securitatem publicam, permagni interest, hanc excandescendam furibundam suis signis
perspe-

perspectam habere: cui non magis vitiosum arbitror poenas irrogare, quam alios ab eius audacia non tueri.

Itaque cum, de tali semifurioso, Nostri Ordinis nuper sententiam rogaret Illustre Ictorum Collegium Lipsiense: eam ira declarauimus, vt ille iudici ad omnem vitam in loco idoneo asseruandus committeretur. Erat indomitae libidinis ac petulantiae homo, quam ne militiae quidem disciplina ac compescere potuisset. A qua, vix procenturio, propemodum ignominiose dimissus, bonam vitae suae partem transegerat in custodiis; etiam ad munitionum laborem aliquando er, duobus diuersis temporibus, ad ergastulum condemnatus. Neque flexu aetatis factus est mitior, sed in dies inhumanior audaciorque. Iam quinquagenarius, et vltra, nullum fere diem praetermisit, quem non iniuriis, contumeliis, verberibus, vulneribus insigniret. Perpetuo et cum omnibus tumultuabatur; inprimis domi, cum vxore, cum filia, cum famulis et ancillis. Rixae autem, quas inferebat, vix non semper cruentae esse solebant et laesionibus, nonnunquam haud leuibus, terminatae. Persaepe, etiam non incitatus, sic saepebat: multo magis, quando se iniuria affectum suspicabatur. Erat autem haec ferocitas dimidia pueri, dimidia gladiatoris; ita vt ridendo saeuiret et saeuens rideret, summaeque crudelitati aliquid plerumque ineptiarum admisceret. Finis huius atrocitati non fiebat, donec, eum insanum esse, vxor, adhibitis testimoniis et argumentis idoneis, probauit; quibus Nostram fidem et auctoritatem adiungere non dubitauimus. Nam ad Nos delata est quaestio haec:

Ob aus den vor dem Amte — ergangenen Acten sit. — no. — und — mit hinlänglicher Gewißheit zu behaupten stehe, dass Friedrich Christian von Zucknitz zu den Zeiten, als er die in gedachten Orten angeführten, und unter solchen die in dem Urtheil Fol. — Act.

no.

no. — bemerkten Handlungen unternommen, nach dem Gutachten des verpflichteten Arztes Fol. — Act. no. — den Gebrauch seines Verstandes gehabt habe? Oder ob, nach der von dessen Eheconfortin, Frau Wilhelminen Christianen Elisabeth von Zucknitz Fol. — Act. no. — geäußerten Meinung anzunehmen sehe, daß die Untersuchung des Arztes Fol. — in einem dilucido intervallo geschehen sey?

Respondimus ad hunc modum:

Obwohl 1) in den Acten hin und wieder zu ersehen ist, daß der Lieutenant v. Zucknitz, wenigstens in frühern Jahren, dem Trunke in einem ziemlichen Grade ergeben gewesen; wie denn auch die in seiner Cassations-Sentenz angeführten Excesse, meist alle, im Trunke von ihm begangen worden, (Bl. — —); und es sonach das Ansehen gewinnen möchte, als ob die in den vorliegenden Acten wider ihn angezeigten Gewaltthätigkeiten, oder sonst unvernünftigen Handlungen vielmehr dieser Ursache, als irgend einer Art des Wahnsinnes zuzuschreiben seyen: 2) der von seiner Ehegenossin (Bl. — — N. —) und deren Vertheidiger (Bl. — — N. —) erhobenen Voraussetzung eines bey seiner unbändigen Aufführung zum Grunde liegenden Wahnsinnes, vornehmlich dieses entgegen zu seyn scheint, daß in allen mit dem Lieutenant v. Zucknitz gehaltenen Verhören und in den dabey von seiner Seite vorkommenden Antworten, Erzählungen und Beschreibungen, ein sehr richtiger Zusammenhang der Gedanken, so wie in den von ihm vorgebrachten und größtentheils erdichteten Ausflüchten, Entschuldigungen und Gegenbeschuldigungen, Nachdenken und Witz, überhaupt aber in der heuchlerischen Beharrlichkeit seines Ableugens vor Gericht, und in der stets sich gleichbleibenden Wildheit seines Betragens zu Hause, ein durchdachter und hartnäckig verfolgter Plan hervorleuchtet, entweder die Richter zu seinem Vortheil einzunehmen, oder die, seinem Selbstbewußtseyn nach, verdiente Strafe, wiewohl dazu sein Geständnis

nifs erforderlich wäre, von sich abzuhalten, und so, unüberwiesen und unverurtheilt, sein ihm wohlgefällendes, tolles und unmenschliches Betragen, zum Trotz derer, welche ihm darin Widerstand than, fortzusetzen; und folglich in allen diesen Rücksichten vielmehr die grösste Bosheit, als der geringste Wahnsinn in dem Inculpaten angenommen werden möchte: 3) der verpflichtete Arzt, dem er in Verfolg des Urthels (Bl. — N. —) gerichtlich untergeben worden, (Bl. — N. —) seine Meinung dahin erklärt hat: „dass alle von dem Herrn von Zucknitz unternommene und actenkundige Handlungen gegen seine Ehegessin, Tochter und Consorten, Folgen einer übertriebenen und aufbrausenden Hitze seyen, wozu derselbe vermöge seines cholertischen und blutreichen Temperaments gereizt werde; keinesweges aber auf Rechnung eines kranken, oder zerrütteten Gemüthszustandes geschrieben werden können und dürfen.“ 4) so bald man dem Lieutenant von Zucknitz keine Verstandesverwirrung zuschreiben könnte, kaum eine andere Ursache der von ihm, an seiner Ehegattin und Tochter und an seinem Hausgefinde, fast täglich begangenen Mishandlungen übrig zu bleiben scheint, als eine außerordentlich heftige und zornige Gemüthsart, die zwar für eine sehr grosse und strafwürdige Untugend, aber für ein Merkmahl des Wahnsinnes um so weniger zu halten seyn würde, jemehr es von richtigen Grundsätzen der gerichtlichen Medicin untersagt und in allen Rücksichten bedenklich ist, den Begriff des Wahnsinns bis zu den höhern Graden der natürlichen menschlichen Affecten auszudehnen und auf solche Weise dem grössten Verbrechen den Vertheidigungsgrund des Wahnsinnes darzubieten.

Dennoch aber da 1) von den zu Unserer medicinischen Beurtheilung vorgelegten Ungebührrissen des Inculpaten, dass sie im Trunke geschehen, aus den Acten (N. — und —) so wenig, als dieses, dass derselbe überhaupt dem Trunke in einem bedeutenden Grade ergeben sey, behauptet werden kann; vielmehr im Gegentheil, nach der (Bl. — N. —) beschworenen Aussage, Nüchternheit und Rausch

in seiner Ausführung nicht den mindesten Unterschied machet, 2) in den meisten Arten des Wahnsinnes, die entweder eine fest gewordene Idee zum Gegenstande, oder, welches hier der Fall zu seyn scheint, einen besondern physischen Reiz zur Ursache haben und deren Anfälle nicht anders, als durch die Darstellung dieser Idee, oder durch die Erregung dieses Reizes, in Ausbruch gesetzt werden, außerhalb den Anfällen weder das Gedächtniß und die in dem Gedächtniß beruhende Ordnung der Gedanken zerrüttet, noch selbst das höhere Erkenntnißvermögen, in Ansehung des Verstandes, der Urtheilskraft und des Witzes, geschwächt, sondern, im Gegentheil, zumal da, wo das Interesse der Selbstvertheidigung, oder ein Zweck, oder List und Bosheit sich einmischet, mehr angespannt zu seyn pfeget; im übrigen nun, und abgesehen von jenen nichts beweisenden Merkmalen, in dem Lieutenant von Zucknitz ein periodisch ruhender und durch den geringsten Anlaß erregbarer Wahnsinn auf alle Weise sich offenbahret; angesehen er, nach Ausweisung der in Unserer Relation ausgehobenen Beyspiele, auch ohne vorher ausgebracht worden zu seyn und oft ganz von freyen Stücken, in die unvernünftigsten Reden und größten Gewaltthätigkeiten ausbricht, dabey alles Gefühl der Ehre verliert, ja so gar die männliche Schamhaftigkeit bis auf den höchsten Grad, nicht allein durch Worte und Ausdrücke, sondern auch, und selbst im Angesicht seiner Ehegattin und Tochter und anderer Frauenpersonen, durch Stellungen und Entblößungen (Bl. — N. —), ganz wie die Rasenden in den Anfällen des bey ihnen gewöhnlichen Priapismus thun, zu verletzen im Stande ist; ferner in diesen Anwendungen der Tollheit mit Feuer und Licht auf eine unverständig frevelhafte, für ihn selbst und für andere gefährliche Weise, Muthwillen und Unfug treibet; übrigens, bey seiner Einmischung in die Land- und Hauswirthschaft, statt den wahren Zweck und seinen Vortheil in Obacht zu nehmen, vernöge seiner stets zur Wuth und Desperation aufgelegten Laune, und zugleich mit einer wahrhaft nürrischen und gegen sich selbst gekehrten Schadenfreude, alles zu
 verwü-

verwüsten drohet (Bl. — N. —) und, wenn ihm nicht Einhalt geschieht, oder die Gelegenheit nicht benommen wird, Manches wirklich verdirbt und zu Grunde richtet (Bl. — — N. — — N. —); endlich auch schon vormals in mehrern Personen, unter andern auch an einem Arzte, welche Zeugen seines Betragens gewesen, die Vermuthung, das er wahnsinnig sey, nach Ausweisung der (Bl. — N. —) angezogenen und Uns nicht vorgelegten Acten, erweckt hat: 3) der in dem Bericht des verpflichteten Arztes gegen diese Vermuthung (Bl. — N. —), angeführte Entscheidungsgrund: „weil der „Lieutenant von Zucknitz bey der lange mit ihm gehaltenen Unterredung, auf alle vorgelegte Fragen, ohne sich lange zu besinnen, „bestimmte Antworten gegeben, sich lange geschehener Sachen sehr „gut zu erinnern, auch Ursachen, warum er so und nicht anders gehandelt, anzugeben gewußt, und in seinem Sprechen nicht die mindeste Spuhr von einer Gemüths- und Verstandeschwäche sich offenbahrt habe:“ in der psychologisch und medicinisch irrigen Voraussetzung beruhet, das Gedächtniß und zusammenhängende Reden mit keiner Art des Wahnsinnes vereinbar seyen, und das mithin aus den in solchen Fällen gewöhnlichen und durch die Gerichte veranlaßten Unterredungen, der zweifelhafte Gemüthszustand zuverlässig beurtheilt werden könne: 4) es allerdings eine Art des Wahnsinnes giebt, welche, bey der besten Verfassung nicht allein des Gedächtnisses, sondern auch der Urtheilskraft bestehet, ihren Sitz überhaupt nicht in dem Erkenntniß-, sondern in dem Empfindungs- und Begehrungs-Vermögen hat und, ohne das der Verstand an sich schwach oder zerrüttet ist, von einer, in Verhältnis gegen denselben natürliche Kräfte, allzugroßen Lebhaftigkeit der Empfindungen und allzugroßen Hefigkeit der Begehrenisse und Willensthätigkeiten herührt; wobey insgemein ein physischer Reiz, z. B. eine äußerliche wirksame Schärfe verborgen liegt, die von Zeit zu Zeit, bald durch innerliche mit der Verdauung, oder auch mit dem Blutlauf zusammenhängende Ursachen, bald durch die allergeringsten Gemüths-

müths- und Nerven-Bewegungen erregt und bis zu dem Grade der Wuth entzündet wird, der alle Leidenschaften und Handlungen der Aufsicht und Macht des Verstandes entziehet; und nun, anlangend den Inculpaten, dessen alle Grenzen des gemeinen Zorns weit überschreitende Heftigkeit und Unbändigkeit, welche den obigen Bemerkungen zufolge, wahnsinniger Art ist, allen ihren Erscheinungen und Aeußerungen nach, zu der beschriebenen Gattung des mit Verstandesverwirrung nicht wesentlich verbundenen Wahnsinnes mit Grund von Uns gerechnet, zugleich aber auch, durch die dabey vorausgesetzte unwillkührliche Reizbarkeit und eben so unwillkührliche Wuth, von dem Zorne in der gemeinen Wortbedeutung, unterschieden, also Affeckt keineswegs mit Wahnsinn verwechselt wird; am Ende mithin, allen diesen Thatsachen und Gründen zufolge, der Lieutenant von Zucknitz als ein Mensch betrachtet werden muß, dessen Verstandeskkräfte an sich selbst zum Denken und Urtheilen hinreichen, zum Handeln aber, wegen des überreizbaren Nerven- und Empfindungs- Systems, nur so lange hinreichend sind, als das nöthige Uebergewicht des Verstandes über den Willen, durch den geringsten physischen oder moralischen Reiz, nicht aufgehoben wird; dabey auf alle Weise als ein Mensch, der durch die unbedeutendsten Begebenheiten und Umstände und durch mehr bedeutende Nervenbeunruhigungen, dergleichen ihm unter andern auch sein für jetzt noch nicht in Betrachtung kommender hämorrhoidalischer Zustand verursachen dürfte, einmal in einem unglücklichen Augenblicke fähig seyn kann, eine für ihn und für Andere gefährliche That zu begehen:

So urtheilen Wir:

Aus den vor dem Amte — ergangenen Acten Lit. — No. — siehe nicht mit hinlänglicher perg. Im übrigen sey die Untersuchung des Arztes (Bl. —) nicht darum, weil sie in einem dilucido intervallo geschehen, sondern vermöge der dabey zum Grunde gelegten unrichtigen (N. —) und von Uns zergliederten Voraussetzungen, apodictisch verneinend ausgefallen.

Duce

Duce hac prolusione in conspectum prodit par nobile scholae Nostrae alumnorum: quorum alter anno superiore Doctor creatus est in Ordinis Nostri consensu et, publice appensa tabula, declaratus; alter huius honoris capeffendi veniam et auctoritatem in loco solemni consequetur.

CAROLVS FRIDERICVS IAHNIVS

ZWICAVIENSIS

MEDICINAE DOCTOR

Cui veram et eximiam doctrinam publice testor. Natus est anno saeculi superioris LXXII. patre Ioanne Gorthelfo, coriario; matre Eua Dorothea Keilhaueria. Vtriusque parentis amorem et in se educando fidem pius laudat. Ad prima elementa religionis christianaee institutus est a Klinkhardo, tum a Kunzio. Reliquam partem tirocinii posuit in schola patria, sub Rosbergero, Kaestnero, Hennemanno, Longolio et Clausio. Horum saluberrimae disciplinae adiunxit priuatas exercitationes litterarum graecarum et latinarum, cum Zeitzero, Georgio et Clausio iuniore. Medicinae, cui se deuouisset, praemisit studium artis pharmaceuticae: in quo Thraenium pharmacopolam Neoditendorfensem se magistrum habuisse, maxime laetatur. Ad academiam accessit Rectore Haasio, Ord. Med. Seniore Grauiissimo. Philosophiae partes praecipuas omnes audiuit apud me; physica, botanica, chemica omnia apud Hindenburgios, Hedwigios, Eschenbachios. In physiologia mihi assedit; Hebenstreitio materiam medicam, cui apud Kochium quoque operam dedit, debet, tum pathologiam vtramque therapiam et medicinam forensam. Praeterea de morborum singularium curationibus edifferentem Kochium frequentauit. Artis obstetriciae fundamenta didicit a Richt-

ro; quam deinde amplius excoluit Dresdae in schola Weiffii atque Lorentii. Gratus celebrat praeceptores suos; inprimis Eschenbachium, etiam disferendi exercitationibus de se meritum, cuius in se beniuolentiam, verbis ait se exaequare non posse. Cichoreo quoque A. A. M. se obstrictum profiteretur, quo adiutore audita in acroasibus publicis repetebat et augebat. A. MDCVII. probata diligentia et doctrina factus, est Baccalaureus. Anno post Dresdam abiit inprimis artis obstetriciae causa; ita tamen vt etiam Lehmanni et Hedenii anatomica et chirurgica institutione vteretur. Denique a Messalio Medico Herenhutensi, quanquam non scholarum ritu instructus, multa didicisse se ait inprimis chirurgica. Ad subleuandam indigentiam eius contigere beneficia publica, tum a Senatu Zwickauensi, tum a Nostro Ordine, qui stipendium Queralzianum ei contulit. Mense Septembri anni superioris, habitis auditionibus de Haemoptosi, alterum atque seuerius tentamen apud Ordinem Nostrum subiit, ynanimi suffragatione ornatus. Disputationem publicam, nostrae academiae institutis, cuique panegyri praemittendam habuit d. xxvii. Septbr. praeside Viro Excellentissimo atque Experientissimo, Io. Gottlobo Haasio, Anat. P. P. O. Ord. Med. Sen. Acad. Decemuiro, Coll. mai. Principum Sodali, Soc. Litt. Gotting. et oecon. Lips. Membro honorario, collega doctissimo. Ne in solempni loco et antegressa publica inuitatione haberetur inauguratio, impediuit candidati festinatio et profecionis accelerandae necessitas. Attamen illam panegyrim, habitam in Conclauis Ordinis Med. d. xxvii. Septembr. 1600ccxcix. per has litteras, quanquam serotinas, indicere, vicarium Cancellarii munus meum omnino iubebat.

Nunc

Nunc commendandus est Candidatus, cuius panegyris habebitur d. 1v. April.

IOANNES FRIDERICVS RANDHANIVS

LEUCOPETRANVS

MEDICINAE BACCALAVREVS.

Quem si egregie doctum ab academia nostra discedere asseueramus, nihil mori aut humanitati concedimus. Natus est A. saeculi praeteriti LXXVI. patre Ioanne Ehrenfrido, Doctore, praefecturae Leucopetrae Medico publico; matre Ioanna Eleonora Bohemia, ante hos duodecim annos immatura morte erepta. Puerum ad litteras erudiuerunt in principio Fridericus Bohemius, auunculus; deinde publici priuatique praeceptores: Breiterus, Glaeserus, Erdmannus et Lehmannus, qui posterior id fecit permisso Perill. L. B. de Hardenberg, Salinarum in Saxonia Directori; apud cuius liberos ille magistri officio fangebatur. Igitur huic viro non minus, quam illis praeceptoribus suis se obstrictum esse ait. Ita praeparatus A. xci. commissus est in scholam Portensem et a Barthio, Heimbachio, Schmiedero, Hildebrandio, Weiskio, Charitio, Fleischmanno, Schmidtio ad litteras humaniores eruditus. Academiae nostrae ciuis factus est A. xcvi. ab Haasio tunc Rectore, Ord. Med. Seniore Grauissimo. Studiorum academicorum initium duxit a philosophia, cui quantum se debere sentiat, quia in eius omnibus partibus ei magister praeiui, ipsius verbis ne declarem, pudor me et verecundia impedit. Cum philosophiae subtilitate coniunxit litterarum graecarum et latinarum elegantiam in Weissii et Cari schola, qui ei non doctor solum, sed etiam fautor contigit. Phisicem ab Hindenburgio, chemiam ab Eschenbachio, botanicen a b. Hedwigio, historiam medicinae litterariam a Kühnio,

Kühnio, Anatomicum ab Haasio accepit. Physiologiae causa, et Hebenstreitii scholas frequentavit, et meas. Pathologiam Ludwigio, cuius etiam anatomicam pathologicam audiuit, et Hebenstreitio debet; quo eodem in materia medica, chirurgia et medicina forensi, (quam deinde scribendi exemplis illustravit in Kühnii schola tractavit,) praecipitorem usus est. Arti obstetriciae operam dedit apud Richterum et Menzium. Formularum scribendi rationem a Kochio didicit. Leonardus autem alio genere disciplinae nostrum excoluit; aegrorum visendum ei copiam suppeditans, monstrata in ipso opere curandi via et arte. Insignibus laudibus extollit scholae clinicae nostrae disciplinam, Kochii Eckoldique institutione vberimam. Quod stipendio Quelmalziano se admodum subleuatum fuisse proficitur: id Nostro Ordini gratum est. A. MDCXVIII. Baccalauri ornamenta meruit, in tentaminibus per colloquia mirifice probatus. Deinde praemissis recitationibus publicis in locum Celsi Lib. I. Cap. VIII. — Si quis stomacho laborat etc. — ad alterum colloquium accessit, in quo qualem doctrinam Ordini Nostro probauerit, dixi in principio. Proximo die IV. Apr. libellum a se scriptum: De secundarum extractione eiusque apto et tempore et modo, ab h. IX. sine Praeside defendit. Ab h. XI. ego Cancellarii vice veniam ei Doctoris Medicinae iura et ornamenta capeffendi tribuam, habita breui oratione. Ad quam celebritatem Vos, Rector Academiae Magnifice, Illustrissimi Comites, Vtriusque Reipublicae Proceres, Generosissimi, Ornatissimique Commilitones, ritu solemniter inuitare, mos reuerentiaque et humanitas iubent.

P. P. Dom. Iudica clloccc.

LIPSAE

EX OFFICINA KLAVERTHIAI

Pln 598

(1743)

ULB Halle

002 043 564

3





sb

W 78

HL







40

ERNESTVS PLATNERVS
VNIVERSITATIS LITTERARVM
LIPSIENSIS

H. T.

PROCANCELLARIVS
INAUGVRATIONEM

DVORVM DOCTORVM

MEDICINAE

PVBLICA AVCTORITATE

INDICIT

QVAESTIONES MEDICINAE FORENSIS
IX. DE EXCANDESCENTIA FVRIEVNDA QOERVATIQ.